



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 129. An ignorantia legis vel pœnæ annexæ allegari possit pro excusatione in foro externo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42634**

770 §. IV. Si pœna abſolutè imponatur delinquenti, fitque pœna Ecclesiastica, adhuc non incurritur ab ignorantie pœnam esse annexam, si ignorantia illa non fuerit crassa & supina, quamvis fuerit mortaliter culpabilis, ita *Sanch.* & *Castrop.* contra quosdam alios, ratio est, quia hæ pœnæ requirunt, vel dolum, qui non datur sine ignorantia affectata, vel faltem contemptum, qui non est, quando aliqua diligentia adhibetur, licet omittatur major debita.

771 §. V. Aliæ pœnæ tam Ecclesiasticæ quam Civiles, quæ non requirunt ignorantiam affectatam vel crassam, neque dolum aut contemptum, probabilitas incurritur, quamvis ignorentur, si ignorantia sit mortaliter culpabilis, quia qui vult culpam, vult hoc, quod scit aut scire potest & debet ordinari sequi ad culpam, ideoque committens mortale incurrit pœnam inferni, quamvis invincibiliter ignoret aut non cogitet esse annexam, quia pœna illa ordinaria est, nec improportionata culpæ. De his plura & magis accuratè dicentur suis locis, & specia-

p. 2. II. 1607 tim l. 6. T. 4. c. 2. ad d. 4. dicitur, an reservatio in-

curritur ab eo, qui nescit esse annexam peccato. l.

autem 7. c. 7. ad d. 3. dicitur, à quo incurritur cen-

suræ: & d. 4., qualis actus requiratur ad incurren-

dum, & quænam excusent &c., ibidem c. 5. add. 7.

dicitur, an ab ignorantie incurritur irregularitas. n. 4.

772

Q. 129. *An ignorantia legis vel pœna annexa allegari possit pro excusatione in foro externo?* Negat *Mascard.* & pauci alii, quia si lex sit promulgata, præsumitur nota: sed communissime affirman reliqui, nam si sit invincibilis, excusat à culpa, ergo etiam à pœna: præsumptio quidem est contra excusantem, sed inde plus non sequitur, quam teneri probare excusationem suam, pro qua, ut conjecturæ admittantur, accedere debet juramentum de ignoran-

tia,

aliis  
Caffi  
8. in  
biles  
inde  
solva  
igno  
hoc t  
fessar

Q.  
at a  
livio  
recte  
rens  
non  
tans  
fine

R  
tum  
fit, ut  
obſe  
dum  
præ  
non

I.  
rem  
ob r

tia, quod solum non sufficeret sine conjecturis vel aliis probationibus, uti communis docent AA. apud *Castrup* suprà p. 19., hinc notat *Suar.* de cens. d. 4. f. 8. in foro externo raro admitti ignorantias invincibilis juris, nisi validissimis rationibus probentur, & inde forte est, quod Ecclesia conversos ad fidem absolvat ab excommunicatione, quia forsitan presumit ignorantiam poenae annexae fuisse vincibilem: de hoc tamen dicetur postea l. 6., quando agetur de Confessario hominis convertendi ad fidem.

*Q. 130. An dicta de ignorantia, etiam vale-* 773  
*ant de oblivione naturali. R. Affirmative, nam ob-*  
*livio naturalis æquivalet ignorantiae invincibili, uti*  
*recte cum aliis Sanch. & Dian. p. 3. t. 6. R. 41., infe-*  
*rens eum, qui ex oblivione omisit horas Canonicas,*  
*non teneri restituere fructus, quia lex penalis irri-*  
*tans acquisitionem fructuum, non obligat eos, quia*  
*sine culpa oblii sunt legis obligantis ad orandum.*

## D U B I U M II.

774

*An metus excusat ab observatione legis.*

*R* Esp. Si ex metu facis, quod simpliciter malum<sup>ee</sup> est, peccas quidem; minuitur tamen per me-<sup>ee</sup> tum malitia, quia minuitur libertas. Interim saepe<sup>ee</sup> fit, ut præcepta quædam non obligent, cum eorum<sup>ee</sup> observatio cederet in grave alicujus incommodo<sup>ee</sup> dum. & tunc, si ex metu talis incommodi quis tale<sup>ee</sup> præceptum omittat, non peccat, cum præceptum<sup>ee</sup> non liget. Est communis. *Vnde resolvuntur:* <sup>ee</sup>

I. Præceptum naturale negativum, prohibens<sup>ee</sup> rem intrinsecè malam, non licet violare, ne quidem<sup>ee</sup> ob metum mortis. 775

II. Metus gravis, v. g. mortis, &c. saepe non tan-<sup>ee</sup> tum

776.